Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36549
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



35

NIHIL OPERTVM QVOD NON RELEVABITVR. ET OCCVLTVM QVOD NON SCIETVR. Et quia in
stata sed multa latent nescimus. Sed de futuro tempore scribit. quando iudicabit ds occulta hominum. et illuminabit ea latebras tenebrarum et manifesta facit consilia cordium. et sensus. Nolite timere pseudo christi. et pseudo prophetas. et phemanum rabiem. quia venit dies iudicii. in quo et vita iustorum. et eorum nequitia demonstrabitur.
Quod dico vobis in tenebris dicite in lumine. et quod in aure audistis predicate super tecta. Quod audistis in mysterio apertius predicate. Quod didicistis absconditte. publice loquimini. Quod vos erudiui in parvulo iudeae loco. in universis urbibus et in universo mundo audacter dicite. Nolite timere vos qui occidunt corpus. animam autem non possunt occidere. Si quis corpus occidunt. animam non possunt occidere. Ergo anima invisibilis et incorporalis est. secundum crassiorem dico nam corporis substantiam. Deus eo certe tempore puniet et suplicia statuet. quando pristinum corpus recipiet ut cum quis peccaut cum ipso et puniat.
Cum timete quia potest anima et corpus perdere in gehenna. Non gehenne in veteribus libris nunuquam. sed primum a saluatore ponitur. Quaeram quae sermonis sit huius occasio. Ydolum baal fuisse iuxta hierusalem ad radices montis moria in quibus sylo affluit nisemel